

IOANNES STIGELIUS POETA.



Ioannes natus est honestis parentibus in Saxonia. Is cum felici ingenio esset præditus, à cunabulis operā literis dedit, & primis rudimentis perceptis, se ad Vuitebergensem & Lypensem Academiam contulit, atq; liberalibus artibus & in primis Poëticę magna diligētia incubuit. In ijs quoq; plurimū profecit, atq; soluta & ligata oratione excellēs, inter uiros doctissimos relatus fuit. Itaq; inter artium professores adscitus, magno successu docuit, atq; eas Academias sua industria decorauit. Scripsit is uaria Epithalamia, Epigrammata, & Epitaphia, quę passim apud bonos autores extat. ut de morte Euricij Cordi Epicedion, Epithalamium Georgi Sabini & Annæ filiæ Melanchtonis. Vertit carmine doctissimo plurimos Dauidis Psalmos, atque aliquot hymnos composuit, & Lypsiæ anno Christi 1548 ædidit. Hinc factum ut præclaram nominis famam natus, ob eruditionem cunctis doctis gratissimus fuerit. Con.  
Lycosth.